

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Fidei Formvlarvm Praecipve Avgvstanae Confessionis Ivstitia Et Vsv

**Bernhold, Johann Balthasar
Schifflin, Johann Sigismund**

Altorfii, [1730]

§XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-67824](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67824)

pariter non est dubitandum. [*robur dictis accedit e Cap. prioris §. §. IV. et XII.*]

§. XII.

De studio et cura in A. C. conscribendam impensa, multi, breue temporis, quod nostris concedebatur, spatium caussati, humiliter sentiunt. Sed oppido falluntur. Primum enim doctrina scripto comprehendebatur, non tempore *August. Comitiarum* demum in theologorum cerebro nata, sed quam ii, *LV THERVS* et *MELANCHTHON* praecipue, multo ante assidua abs Deo oratione expetiuerunt; eidem eum summa mentis intentione, meditatione, uiriumque corporis consumptione, totos dies noctesque incubuerunt, cuiusque examen intentationum schola subinde sustinuerunt. *Dictis* adde, *Suobacenses* articulos A. C. fundamentum, non tumultuaria, sed data opera conscriptos ab eo, et tribus reliquis *Witteb. Theologis* accurato studio reuifos fuisse; accedit denique *PHIL. MELANCHTHONEM* per duos integros menses et unum dimidium id unum praecipue egisse, ut *fidei Conf.* *Caesari* exhibendam componeret. Qua industria, meditatione, et sollicitudine eam exstruxerit, testatur illorum temporum historia, eiusque litterae passim. Plus itaque quam satis temporis nostris fuit relictum, ad doctrinae *Conf.* omni studio concinnandam.

et omni adhibito studio humano.

§. XIII.

Augustanam Confessionem complecti Christianam doctrinam, i. e. uera *Christianae religionis dogmata*, uel e superius dictis et citatis patescit. [*addantur nostratium in A. C. scripta apologetica, quorum catalogum habes in B. IOH. FRANC. BYDDEI Isagoge, cui iunge ex nouissimis doctoribus B. GOITL. WERNSDORFFIVM, in Disp. cit. aph. Imo.*] quanta ueritatis fuerit uis, cum recitaretur *Conf. uid. ap. COELESTINVM p. 190. in Ep. MELANCHTHONIS ad LV THERVM. ap. eundem*

Christianae doctrinae.

E

dens